



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 500. Symmachi Pap. Annus 2. Anastasii Imp. 10.
Theodorici Reg. 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

* infim
lauerunt
SCHI
MATICI
VISIT
TOREM
PETVNT.

Senatu, maxime Vestiu & Probinu meruerunt * Symmachum, & subornarunt falsos testes, quos miserunt Rauennam ad Regem Theodoricum accusantes. Viam Symmachum; & occulte reuocauerunt Laurentium post libellum Rome factum, & fecerunt schisma, & diuisio est iterum clerus: nam aliqui communicauerunt Symmacho, alij Laurentio. Tunc Vestiu & Probinu Senatores miserunt relationem Regi, & ceperunt agere, vt Visitatore daret Rex sedi Apostolica. Tunc Rex dedit Petrum Alina ciuitatis Episcopum, quod canones prohibent. hanc auctor, in eo tantum mēdax, dum quarto anno ab electione Symmachi ea facta esse testatur: ad quartum enim annum referenda est Symmachi facta in Synodo plenior purgatio, de qua suo loco dicturi sumus.

KXXV.

Verum hoc anno ista contigisse, cum adhuc Theodoricus Rauennae se contineret, quo libellus accusationum ad eundem Regem missus habetur, Cassiodorus certissimam fidem facit, dum anno sequenti eiusdem Theodoricus Regis Romam aduentum recenset. Quae autem haec secuta sint, dicemus anno sequenti. Porro acerbiorem hunc iterum excitatum schismaticorum motum fuisse, ea, quae in Palmari Synodo scripta leguntur, eadem faciunt, nempe spoliatum Symmachum Papam Ecclesiae honis. haec namque in apologetico deplorat Ennodius verbis istis: *Quae enim iudiciorum forma praeserat, vt vobis hostiliter disrupta etiam per suggestionem vestram, sublata Ecclesiae opibus, qui diu fuerat eius esurientium, famis mancipium videretur effectus, dum alibi est distributor egebat, & feret in dominatu seruitus, & in seruitute dominatus: haec ipse. Sed de his suo loco inferius.*

XXX. VI.

Hoc eodem anno, post Consularum Paulini videlicet, exhibet nobis codex Arelatenfis duas Symmachi Papae epistolae datas mensibus Septembri atq; Octobri, ambasq; scriptas ad Eonium Episcopum Arelatensem, siue potius Caesarium; quarum prior sic se habet:

* Caesario

Dilectissimo fratri Eonio * Symmachus.

Dilectionis tuae litterae, mandataq; filio nostro Crescentio presbytero in nuncio deferente suscepimus, quibus constat Arelatensem & Viennensem Ecclesiam aliquod de ordinando Episcopo in vicinis ciuitatibus oriri luctamen: illa re videlicet faciente, quod decessor noster sanctae recordationis Anastasius tractans confusionem prouincia, aliqua contra veterem consuetudinem in seueris uari, decessorum suorum videlicet ordinationem (quod non oportebat) sub qualibet necessitate transgrediens. Nam dum ad Trinitatis in se, cuius vna est atq; indiuisa potestas, vnum sit per diuersos Antistites sacerdotum: quem admodum priorum statuta a sequentibus conuenit violari? Hinc accedit, quod haec sit sententiarum varietas: ad ipsam sacrosanctam Catholicam religionem credimus pertinere: cuius omnia potestas infringitur, nisi vniuersa, qua ad inuicem sacerdotibus semel statuuntur, perpetua sint. Quod quia contingere poterit, si successu decessorum actibus non tribuerit firmitatem, & roborandis quae gesta sunt, faciat rata esse, quae gesserit. Quia enim Vicarij beatis Petri Apostoli iudicabitur esse reuerentia, si qua in sacerdotibus praecipiat, eisdem transuentibus dissoluantur? Relegentes ergo veteris Antiquitatis super hac causa ordinationes, quibus Ecclesiae vniuersae seruium: dilectionem tuam ex maxime commoneamus, vt in ordinando per singulas vrbes sacerdotibus canonicis reuerentia, ceteris antiquis, nec nouella constitutio vetusta sanctitatis robur imminuat. quia non aliter inter vos poterit seruari concordia, nisi noui cupiditatibus antiquitatis reuerentia modis prudentiori adhibeatur consilio. Dominus te incolentem custodiat Ipsi & frater charissime. Dat. III. Kalend. Octob. I. Term. P. C. Paulini Iunioris V. C. postiora autem haec est:

* Caesario

Dilectissimo fratri Eonio * Symmachus.

Mouit eundem nos, quod dilectionis tuae rescripto declarauit: namque contra regulam Ecclesiae constituta, & aduersum reuerentiam canonum tractatum per subreptionem Viennensis Ecclesiae Pontificis, sedi Apostolica dudum presidente praedecessore nostro, se inculpabiliter aliqua meruisse, cum si sit vera conquisitio, effectum non possint impetrata frivole possidere, nec a nobis aliquid noui poterit ordinari, nisi quae a Patribus praedecessoribus, nostrum in hac causa statuta claruerint. Tamen ne facile alterius partis absentia

XXXVII. acinpe

praeiudicabiliter videretur aliqua decreuisse ad magis duximus ordinandum, vt fraternitas tua competenti tempore de Ecclesiastico ordine infractum non moretur, & omni causa dirigere, qui apud nos veritatem causa competenter alleget; quatenus pertractatis omnibus, quod statuendum est, sub deliberatione trahere sentiat. Illud etiam dilectionem tuam facere debere praecipimus, vt fratrem & Episcopum nostrum Viennensivm Antistitem iusto nuncio & scriptura commoneat, vt constituto diebus in quos, hominem proprium dirigat, qui partem eius allegationes competenter infirmet: vt de promotis ab vtraque parte suggestionibus securus qua in perpetuo statuenda sint, disponatur. Quia semper suspectus iudicatur, qui sub vniuerso quod videtur eligit deploratione sancire. Dominus te incolentem custodiat frater charissime. Data sub die III. Kal. Nouemb. P. C. Paulini V. C.

IESU CHRISTI Annus 500.

SYMMACHI PAP. ANNUS 2. ANASTASII IMP. 10. THEODORICI REG. 8.

QUINGENTESIMVS voluit Christi Redemptoris annus, Patricio & Hippatio notatus Consulibus. Sub quibus (inquit Cassiodorus) Rex Theodoricus Romam cunctis voto exoptis aduenit, & Senatum suum mira assiditate tractans, Romanae plebi donauit annonae, atq; miranda munera, deputata per annos singulo pecuniae quantitate, subuenit. Sub cuius felici imperio plurae renouantur vrbes, mirantissima castris conduntur, consurgunt admiranda palatia, magnisq; eum operibus antiquae miracula superantur. haec Cassiodorus, dicemus autem de aedificijs a Theodorico erectis opportunius in eiusdem Regis obitu: sed modò de eius in Vrhem aduentus occasione, turbationeq; Romanae Ecclesiae nobis agendum erit.

Meminisse debemus, cum superiori, cum adhuc Theodoricus Rauennae esset, schismaticis rursus aduersus Symmachum insurgentibus, petentibusque Visitorem in Vrhem mitti, qui accusationes in Symmachum allatas cognosceret, missum illuc ab eodem Rege fuisse Petrum Episcopum Alinensem: quem tantum ab fuit vt Ecclesia Romana susciperet, vt Regem in eundem interpellaret, & postea congregato centum & quidem Episcoporum Concilio, idem Petrus, qui iudicium sibi Romae Pontificis arrogauerat, fuerit condemnatus, simulque Laurentius, qui iterum a schismaticis fuerat reuocatus, eandem sententiam damnationis exceperit. Haec quidem hoc anno caepa, duobus sequentibus ita tractata esse, Anastasius patris his narrat: Eodem tempore beatus Symmachus congregauit Episcopos centum quidem, & facta Synodo purgatur a crimine: & damnatur Petrus Alinas inuasor sedi Apostolicae, & Laurentius Nucerinus, qui vniuerso Symmacho Episcopo peruerserunt sedem eius. Tunc ab omnibus Episcopis & presbyteris & diaconibus & omni clero & plebe reintegratus sedi Apostolicae beatus Symmachus cum gloria apud beatum Petrum sedere Praesul. haec ipse, in vniuerso consensu duarum Synodorum res gestas, quarum altera in basilica Iulij, altera in basilica Sessoriana habitae est, prout quattuor sub eodem Symmacho Synodi Acta declarant.

At nobis si regula ordine temporis, quo gesta sunt, recensendae erunt. Ex Ennodij diaconi apologetico tunc temporis edito sumenda est ipsa historiae veritas & rerum gestarum ordo. Schismatici igitur a Catholica communione diuulsi, aduersus Catholicam Ecclesiam consuetudinem, contra Romanum Pontificem a Theodorico Ariano Rege Visitatore petiere, eo falso praetextu, quod factis suo teneri deberet Romanus Pontifex obligatus, vt qui Visitatoris ad cognoscenda Episcoporum delicta mitteret, ipse aequè Visitatore & cognitore suorum criminum subire deberet. Porro Theodoricus Rex ad conciliandam Romanam Ecclesiam id fore necessarium ratus, Visitorem misit, ita tamen, vt aliqua ex parte consultus esset Pontificiae dignitati: quamobrem in mandatis dedit Petro

600
I. ADVENTVS TRINIDATIS REGIS IN VRBEM.
II.
III.
DE VISITATORE A THEODORICO MISSO.
VII. ROMANI PONTIFICIS NECESSARIUM RATUM VISITATOREM MISIT, ITA TAMEN, VT ALIQUA EX PARTE CONSULTUS ESSET PONTIFICIAE DIGNITATI: QUAMOBREM IN MANDATIS DEDIT PETRO

Episcopo Alcinensi ad eius municeis functione delecto, ut cum Romam pervenisset, mox Pontificem Symmachum in basilica Vaticana consistentem conveniens salutarer. Sed id aduersarij Symmachij, cum in Urbem venit, praestitit ab eo penitus verterunt. Verum audi de his iustus Ennodij querelas: qui primum excusans Theodoricum de missio Visitatore, haec ait:

Supra est, ut hoc ipsum doceam in his excessibus, quod bono vniuersitati contigit, non teneri: quia directum, non occasione licitum, nec fomitem iurgij, sed causam voluit esse concordiae: praesens felicitas, quod nisi simplicem tutelam iustitiam suarum vallaret, cito in eam disfidij toxica vestra surrepererent (scriptum est enim: Vir simplex credit omni verbo) idcirco mandati limitem posuit, quem nulla liceret transgressione violari. Praefatum, scilicet Visitatorem, ad beati Petri basilicam, mox ut Romam fuisset perducens, mandauit occurrere. Symmacho nempe, faciens de sacerdotij voto Regis Imperium. Quis enim non putaret Pontificem sponte pariturum in ea parte, quam licere sibi Princeps non credidit, etiam si veteres ibi, Papam ab eo salutatum, in se affari, ut traderet Coepiscopij mancipia nulli subdenda tormentis, seruanda profecto ad discipulatum Synodis examini. Scilicet: Bononiam prout ad Principis inquisitio, seruilem asseritionem innocenti examini non praebant. In electione enim veneratorum Indicum ipse accusantes extra ordinem repulit, ipse ad se non retulit accusatum.

V. Videmus tamen ista facta sunt, si Dei inimici etiam terris dominis non fuisse, dum Christum & Regem parvis temeritate defpiciunt. & vno vobis ad vrbem que conuulsum dicitur est criminum definitus Anstetis, ab ipso complenda suspensio confinio oris vestri spiritus abripitur. & ad inuentum confusio aptatur. Qui paci militatum aduenit, Visitator ipse scilicet, in se beati Apostoli liminibus, ad suum fuerit vestri, iam iustus sui, adlocatur: & illud, quod ex omnibus Orbis cardinibus deuotus attrahit, templum videlicet Apotoli Petri, postquam in pietate transiit: Ecclesiarum fundamentum cum adire non permitit structura meliorum, tunc ipse bonorum fructuum perditur adralesseparatur. Dicitur forsitan, Apostoli genio deceri, si putatur calcibus terrarum locum includi. Tamen quantum benedictio poscentibus vbi que praesertur, & exigit praesentiam in martyris fides & deuotio supplicantis: negare non potest diligentia maridi solo pluri tribui. & maiorem aspectum loca impetrare, de quibus ad superna transiit: quam si uolens carationum multitudine iam praesertur, & vrbis post obsequium diabolica rebus iam sanatu.

VI. Intellegis, lektor, quam citre & luculenter non aduersus schismaticos tantum, quibusseum manus conferit, sed aduersus Nouatores haereticos Ennodius argumentetur ex signis diuinius frequenter exhiberi solitis, um in moribus curandis, tum in obsequiis demonibus liberantibus, iure a Fidelibus frequentari limina sanctorum Apostolorum, licet vbi que locorum liberum sit vnicuique eos inuocare atque precibus frequentare: Sed parit ipse in eadem sententia perstans: Haec licet per Redemptorem nostrum in toto Orbe celebrantur: est tamen non modica monumenta illius frequentiam comparata nobilitas: quia per eum, qui hominem mutauit in Angelum, illustrari potest natura telluris. Hanc Visitator vestro inuidis gratiam, asinusque quia errorum vestrorum scilicet esse desisteret, si reuerenda Confessione penetrata contigisset. Ecce non habet in regia auctoritate subsidium: Ecce post caelestem commotionem in se vos & Principis, quam sperni secessu, censura percellit. Videmus, si super est aliqua de regulari propositione defensionis.

VII. Visitatores (inquit) & alij Episcopi dedit ipse, nimirum Symmachus: & iustum est, vis facti sui lege tenetur. Non vos in hoc titulo falsitate incesso, diu mendacij adhaerentia verba non arguo: Dico tamen, latorem iuris diffinitionis sua, nisi velis, terminis non includi: & nisi Princeps fastigi summa moderetur, frustra ad illud, quod dedit, ius vocatur. Lex prohibet & mentis est: quae hominem viuente sine lege castigat: proprie moribus impendit, quia necessitati non debet disciplinam. Aliorum forte hominum casus Deus voluit per hominem terminare, sed sedu istum Praesulum sine quaestione referant arbitrio: Valuit beati Petri ius iustos celo tantum debere innocentiam, & subditissimum discessum indagini simulatam exhibere conscientiam. Nolite ti-

mere eas animas de inquisitione non habere formidinem, quas Deus praeterito suo referant examini. Diu forsitan: Omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio. Replicabo vni dictum: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: & quacumque solueris super terram, erunt soluta & in caelis. & rursum Sanctissimum voce patet, Pontificum dignitatem solum esse sanctam, toto Orbe venerabilem: dum illi quicquid Fidelium est, vbi que submittitur, dum totius Orbis caput esse designatur: de qua mihi videtur dictum per Prophetam: Si hac humiliatur, ad eum confugietis auxilium: & vbi relinquero gloriam vestram: & post nonnulla: Nolite Symmachum Papam presuram vestram inuare: Si rem est, mihi credere, eum cessauerit humana impugnationum ministerium, diuinum mox succedet arbitrium. Et haec & alia plura aureis notanda signis Ennodius aduersus schismaticos, qui ausi essent Visitatorem postulare a Rege contra Symmachum Romanum Pontificem. Sed rem gestam ordine prosequamur.

Cum qui essent Romae Catholici, & tenerent causam legitimam Ecclesiae Romanae Pontificis, rei indignitatem cum iniquitate confusam exhorrescerent, missam nempe contra Symmachum a Rege Visitatorem, eundemque patri schismaticorum additum: apud absentem adhuc Regem egere, rogantibus, ut fineret res Romanae Ecclesiae more maiorum absque ignominia nota tractari. Annuisit Rex Theodoricus: idemque considerans haud forte Synodum absque coelectione securam, turgescensque odio aduersarij, praesentiam suam dilatum haecentis, opportunotempore Vrbi civili bello periclitanti exhibere, dignam necessariumque esse paratur. Sicigitur (ut vidimus ex Cassiodoro) diu expectatus, hoc anno tandem in Urbem se contulit, conuocans sibi regia munificentia populum atque Senatum. Quo autem exceptus honore, quantae gloria comitatus, & a Senatu populoque Romano obsequijs frequentatus fuerit, ex his, quae in rebus gestis S. Fulgentij Episcopi Ruspensis in Africa leguntur, ex parte saltem aliqua intelligere possumus.

Accidit eam hoc ipso anno, quo Theodoricus Romam venit: ut etiam S. Fulgentius visitatoris sacra limina Apostolorum ex Sicilia nauigaret in Urbem, reperiretque noui Regis aduentu populum exultantem, exipientemque magna pompa ipsum Principem. haec autem in rebus gestis ipsius quam fidelissimè scriptis ita narratur: Occasione igitur nauigij feliciter inuenta, Romam venit, & aedificium sacrum consensu semper ore laudatum, caput, miris veraciter appellatum, festinus ingreditur ciuitatem. Fuit autem tunc in Vrbe maximum gaudium, Theodoricus Regis praesentia Romani Senatus & populi iustificatione contentus. Unde contigit, ut beatus Fulgentius, cui mundus fuerat olim crucifixus, postquam sacra martyrum loca venerabiliter circumuie, omnesq; seruo Dei quorum in hi diebus notitiam sapere potuit, humilis de se quo salu tacuit, in loco, qui Phina aerea dicitur, memorato Theodoro Rege concione faciente, Romana curia nobilitate, decus, ordinemq; stitit: decoratum ex adibus adhaeret: & fauores liberi populi casti audient auribus, qualis est huius saeculi pompa gloriosa, cognosceret.

Nelge tamen in hoc spectulo libenter aliquid dixerit, neque illi nugo secularibus superflua intellectu delectatione consensit, sed inde potius ad illam supernam Hierusalem feliciter desiderandam vehementer exarsit, salubri disputatione praesentis sit aduocatus fratris: Quam speciosa potest esse iherusalem caelestis, si hie fulget Roma terrestris? Et si in hoc saeculo datur tanti honoris & gentis diligentibus vanitatem, qualis honor & gloria praestabitur Sanctis contemplantibus veritatem? Multa hu similia beatus Fulgentius illo die salubriter disputauit: & iam toto corde monasterium suum renouere cupiens, ad Africam velocius per Sardiniam nauigauit, vix credentibus praenimio gaudio monachis suis, beatum redisse Fulgentium. haec ibi.

Iam tutum redditum erat commercium inter Africanos & Italos, cum saneuisset foedus Rex Theodoricus cum Wandalorum Rege, a quo haecenus frequentes fiebant in solum Italiam incursiones. Stabilita est enim inter eos pax federe nuptiarum, data etiam matrimonium Amalatriada. De qua inita inter illos concordia haec Ennodius in Panegyrico Theodoricus: Quid castigatas Vandalorum ventis

erat Mat. 16

illuc 12. 16

VIII. CAUSA THEODORICI ADVENTVS IN VRBEM.

LII. SVLGEN- TII AD- VINTVS ROMAM. PIRA S. Fulgen- tii ad Sardiniam.

X.

SVLGEN- TII RE- DITVS IN AFRICAM.

TI

Imp. 10. Reg. 8.

Redemptor... Episcopo Alcinensi... Ennodij querelas... Pontificem Symmachum... Theodoricus... Ennodius... Symmachus... Fulgentius... Amalatriada...

penitibus eloquar de gradatione, quibus pro annua pensione facti est amicitia tua? Enagarivtra possibilitatem nesciunt. Duce sapientia affinis esse meruerunt, quia obcedere non abnuunt. Hoc igitur Regem concordia commeatu Fulgentius ex Africa Romam, & inde in patriam remeant.

XII. Porro haud incognitus ab Vrbe Fulgentiu. dice sitis, sed prope notus quantae esset sanctitatis atque doctrinae, magnum sui reliquit desiderium, illis praesertim nobilissimis forminis, ad quas postea litteras dedit, de quibus suo loco dicturi sumus. Reuersus vero in Africam Fulgentius, arri-dente tunc temporis pace Ecclesijs sub Traiamundo Rege, monasticam, vt prius, exercuit disciplinam, & eam in alios latius propagaauit: quomodo autem post annos tres Ruspensis Ecclesiae fuerit creatus Episcopus, sub loco dicemus.

XIII. Sub iisdem Consulibus, Indictione octaua, data legitur epistola Symmachi Papae ad Liberium Patricium de electo Episcopo Aquileiensi, praebentis eidem electioni assensum, extat eadem, sed sub titulo Ennodij inter ipsius Ennodij litteras perperam collata.

IESV CHRISTI Annus 501.

SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. II. Annus 3. THEODOR. REG. 9.

I. VIRI UC NV. LATVS ET LAVDE.

* morde- tes

2. a. III

THEODO RICVS DE SEDE APOSTOLICA BENS MERITVS

VI sequitur annus Domiei quingentesimus primus, Consulatu Auieni atque Pompei, tam à Castodoro, quam etiam à Marcellino adscribitur factis. Fuit Auienus iste cognomento Faustus, cuius filius Auienus item dictus anno sequenti Consulatum gessit: Senior autem hic appellatus, qui ante nos decem Consulatu itidem functus est ordinaris, id est, que ex clarissima Scipionum familia oriundus, vt constat auctoritate Ennodij id asserentis ista epistola ad Faustum Consulem, cuius est exordium: Abundante Dei misericordia, &c. vbi inter alia laudum genera: Tu (inquit) per duratum pro auorum auorumq. Scipionum tramitem iam grandiorum penè praecedentium conexu lateribus ambulasti, ita vt sub coniunctione nunquam interpolata felicitatu prodires. Ad Auieni mei adhuc teneri virtutes pertinet, & tuo generi continuare fasces, & nostro reddere. erat enim affinis Faustus Ennodius. idemque paulo post: illud tamen inter maximas Redemptoris nostri remunerationes credo numerandum, quod limen felicitatis Constantius Consul meus cum honore sanctus ingressus est, &c. haec de Auieni Senioris Consulatu huius anni & Auieni Iunioris anni sequentis retulisse volumus, quod contigerit secundum illud Propheticum b. Generatio rectorum benedicetur. Constat enim hunc Faustum Auienium aduersus Festum & Probinum potentissimos Senatores schismaticos pro Soteriacho infatigabili studio laborasse, atque tandem succens aduersarios repressisse, superasseque.

II. Hoc igitur anno Ecclesiae Romanae status aliquantisper praesentia Theodorici Regis quicuit: schismatici enim vanam spem conceperant, fore, vt circumuentus falsis calumnijs Symmachus, fauore eiusdem Principis deponi posset: at vbi miserunt ipsum aequi amantissimum Regem nihil de causa Symmachi velle decernere, sed ex sententia Episcoporum, qui conuenerant, rem agendam; furor perciti ad violentiam conuersi, caedibus miscere omnia sunt aggressi, vt quae dicuntur anno sequenti, apertissime declarabunt. Interea vero Rex Theodoricus, interpellatione Catholicorum & aliorum, qui erant in Vrbe, fauentium Symmacho Senatorem, de cogenda Synodo cogitat. Cum vero satis sciret, haud suam esse partem, Orthodoxos Antistites ad Synodum conuocare; non sibi plus aequo tribuens, regia incedens via, more maiorum, auctoritate in primis ipsius Symmachi Papae id perficiendam curauit, ad ipsoque Pontifice litteras ea de re ad Episcopos, vt se ad Synodum die statuta conferrent, dari voluit. Haec quidem ita se habuisse, sequentis anni Conci-

lij edita Acta significant, quae suo loco reddentur. Res plane digna memoria, cum barbarus, Gothus, alienigena, haeretico, Arianus Princeps, licet inportunis schismaticorum studijs & illiberabilibus eorumdem virgretur abscissibus, reuerentiam tamen culmen Apostolicae sedis, eius se potius protectorem, quam percutiorem exhibuit, vt ipsa Acta Synodalia manifestant. Sicigitur Theodorici reuerenti praesentiam astantes furor schismatici hoc anno siluisse noscentur.

Arquam Theodorico dispar Anastasius Imperator, qui cum se specie tenus Orthodoxum profiteretur, Dei Ecclesiam acerrimè irripugnauit dolo agens & vi, omni denique conatu nissu, vt Catholicam fidem impietate conuelleret. Ipsum quidem per Festum Senatorem legitimum auctorem fuisse, Ecclesiae Romanae dissensionis & schismatis, quae dicta sunt superius, satis docent: rem namque ex sententia se fore consecutum existimauit, si aliquo modo sibi aliquando assentientem posset nanscisci Romanum Pontificem; quo vno aduersante, satis sciret omnes suos eludendos esse conatus. Haec quidem in Romanam Ecclesiam: in Constantinopolitanam vero quae hoc anno patruit, omnem superant tragediarum casum.

Qui enim haec ausu tolerasset Constantinopolitanum populum sibi in his, quae sunt fidei, aduersantem, quem & nouisset partibus studuisse Isaurorum, addiditumque Zenonis Augusti cognatis: periculosam sentit, illis adhuc superstitibus, se iacturam aleam, si in ciues Constantinopolitanos vindicta gladium, vt furor suadebat, exeret. illis vero penitus è medio sublatis, Longino ipso Zenonis fratrem iam haud pedem extincto, silentibusque vindique barbaris, summam illam tranquillitatem in cinum cladem conuersit, haud diutius ratus impunitam populi finete vagari licentiam, qua palam Imperatorem dicerent & contumeliosè in secebantur haereticorum. delegat opus Vrbis Praefecto, quem seuitissimum delegerat, Constantino. Quid autem iste molitus sit, rem grandem paucis Marcellinus absoluit sub huius anni Consulibus scelus immanissimum referens, quod sic se habuit:

Hoc namque anno, & populus Constantinopolitanus professor Catholicae fidei, idemque inherens suo ipsorum Episcopo Chalcedonenis Concilij aduersus Imperatorem acerrimo defensori, cum ad spectacula ex more introducta in theatro clausi essent incernere repente profiliantibus, qui erant in insidijs collocati, diuerso armorum genere trucidantur, enecatis ex ipsis ultra numerum trium millium, praeter alios, quibus licuit acceptis vultibus foras egredi, domumque repetere faucias. Felices omnes & inter martyres recentendos, nisi labefactati essent Acacij ipsorum antecessoris Episcopi communionem. Ad haec namque spectat, quod postea scribens ad Orientis Episcopos Symmachus Papa deplorat his verbis: Nullus ambigat eadem nihilominus esse ventura, quae in Constantinopolitana nuper Ecclesia contigerunt. De quibus nihil pariter ingemiscere necesse est, & tacere. Nam qui Apostolica sedis ad omnino negligentiam esse crediderunt, merito incidendum ea, quae venire solent solatio desistunt. haec Symmachus in epistola ad Orientales, de qua suo loco agendum erit. Et ipse Ennodius, vbi de Orientalibus haereticis agit, haec ait: De his, quae praesati sumus, notum est, quod in Constantinopolitana nuper Ecclesia seruit admissum: vnde patimur sine vocis vsura tristitiam. Qui enim oblati remedijs non obediunt, merito nihil consolationis, tempore, quo praebentur, non habent. Ad haec pariter spectant, quae Theodorici Lector de eodem vrbe Constantinopolitanae Praefecto sic subdit: Contra seditiones populi, quae contra Imperatorem incivitate fiebant, haec Anastasius Imperator excogitauit, vt Eparchus christiani litaniae populi sequeretur, cum armatis militibus scilicet: timebat enim zelam eorum, qui pro Quarta Synodo incursionem faciebant. Et hoc deinceps in consuetudinem abiit. Simachus Macedonij Episcopi Constantinopolitani Acolitum quemdam subornauit, qui gladio illum imperaret. Macedonius vero vt consuetudinem suam ostenderet, munita Acolito dari praecipit. Tale quidem etiam erga sacrilegos quosdam fecit. haec Theodorici.

Vides ne tu lector (appello te) quanta pro religione, VI. ipsa

III.

IV. ANASTAS. REG. 9. QUID IN CIVIBUS CONCI.

V. QUAE DE BARBARIS ORTHODOXI CONST.

VI.

c. Theod. Lector Col. lib. 2.

VI.